DOCUMENTO A

In nomine sanctae et Individue Trinitatis. Noverint omnes Christi fideles tam presentes quam futuri qualiter Otto Imperator Romanorum Augustus quedam iuris sui predia in loco Hinchingen sita cum Ministris, et cum omnibus pertinentijs, et utensilibus eorum alijsque apenditjs. *Ad Ecclesiam Sancte Dei Genetricis sanctique Corbiniani, Christi Confessoris perpetualiter existentem tradidit* ea videlicet ratione ut ijdem prefati Ministri, eorumque sucessores prediorum suorum scilicet cum Arcis, aedibus, terris cultis, et incultis, vijs invijs, exitibus vel reditibus quesitis et inquirendis, aquis earumve de cursibus, molis molendinis piscationibus, sijlvis venationibus Alpum, pascuis, paludibus Alpibus vallibus, planitiebus, omnibus rebus, iuste vel legaliter ad eadem respicientibus liberam habeant potestatem antedicta predia, tenendi, possidendi, commutandi, vel quicquid sibi libuerit modis omnibus inter se faciendi. Insuper idem Glorioriss. Imperator locum eundem ab anni jugo regiminis silicet Docum Comitum aliarunque potestatum liberum et securum suspendit . . . .

Advocato qui eius Imperiale Danno ex Regia manu . . . . que regenda sunt regat, que difendenda sunt defendat, et si aliquis eosdem filios ecclesiae sive episcopus alij potentes vel de predia